Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

AD LEO

nem Papam decimum Maximiliani
Cæsaris Responsio.

M.N.MUZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL

(39) 1517. A 11.100

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Responsio Diui Maximiliani Romanorũ imperatoris semper augusti facta Leoni .x. pontifici maximo ad exhortationẽ de Bello sumẽdo contra Turcas, Romę in publica. xi. & vltima sessione in lateranen̄. Basilica sacrosancta synodo solenniter lecta & publicata.

Beatissimo ac Reuerẽdissimo in Christo patri. dño. d. Leoni diuina prouidentia. P. X. uniuersalis ecclie epo.

Beatissime pater, domine Reuerẽdissime. Nuntius Beatitudinis uestræ, reddidit nobis breue. S. uestrę, in quo nobis significauit, illustrem victoriam turcarum Tyranni, aduersus Sultanũ Aegypti dominũ, noscꝫ toto animo hortat̃, rogat & obtestatur, ut sanctam expeditionẽ, aduersus tam impium Christiani nominis hostem sumere uelimus, & una cum Beatitudine uestra, illius furorem comprimere, & Christianę reipu. pariter cõsulere, Idꝫ etiam ex relatione præsentis nuntij. S. V. intelleximus, & qua fide, amore, qua pietate optet animã suam pro ouibus sibi cõmissis ponere. Quę quidẽ res gratissima nobis, sed & molestissima fuit, quippe non potuimus non efflictim dolere christiano nomini ĩmitissimi Tyranni tãtam & tam nobilem uictoriam, cui ubi ille quem optat finem imposuerit, ac suam sibi potentiam firmauerit, In quos potius aut libẽtius debacchabit̃, q̃ꝫ in miseros christianos? miseros eos appellamus, qui cũ opib⁹ florentissimi sint, uiribus & animi magnitudine egregij, quorum uirtuti non astra solũ cedunt, sed si etiam alter terrarum orbis inueniretur, quasi tamen nullibi locorꝫ diuitię extent, nisi inter ipsos christianos, nullibi ciuitates sese inuicem absumunt, perfidos autẽ christi hostes hac & illac uictores, impune uagari permittunt, quin & (si deo placet) de semet triumphũ referre sinunt. Cæterũ, cum animo nostro repetim⁹, ꝙ nullus deus fortis est, nisi deus noster, nullus porro alius qui cõuincat gentes in fortitudine brachij sui, In eam sentẽtiam deuenimus, ut pro certo habeamus, Turcarum uictoriam salutarẽ fore. Voluit enim diuina maiestas, per hanc cęcas aliquorũ mentes illuminare, & dormientes excitare, ac ianuam pulsare tempus iam esse nos ex somno surgere. Quæ nobis cogitantibus, omnis mœror a nobis excidit, in lætitiam potius uertitur. Speramus enim iam prope futurum extare, ꝙ & in fide gentes agnoscãt Christum dominũ deum suũ, Necꝫ turcarum tanta uictoria nobis formidolosa esse debet, Scimus enim, quoties omnipotens deus hostibus suis uictorias dederit, ut suorum peccata & scelera ulciscatur. Nouim⁹ etiam, quoties uoluerit fideles nominis sui cultores parua manu, ingentes hostium copias fundere. Sperauerunt in eo patres nostri, sperauerunt, & liberauit eos. Q; si aliquorum tam cæcę mentes erunt, quę tamen cum certis futuri exitij nuntijs nondum resipiscant, non tamẽ nobis desperandũ erit maxime tibi pontifici qualẽ multa secula non tulerunt. Scimus egregias uirtutes, inclytas animi dotes Beatitudinis uestrę, & nos cernimus, quo feruore, qua pietate, pro commisso sibi grege insudet, quæ q̃ꝫ uis nobis gratissima sint, unum tamen sũmę admirationi nobis fuit, admirationi ne an mœrori? quia sanctitas V. optat, ut deus aures nr̃as aperiat, ad audiendũ aliq̃ndo ueritatis uocem, q̃si ueritati aures hactenus occluserimus. Atqui ita de nobis respondemus. Nõ nos tam profundo somno sopitos, in hanc uscꝫ horam obdormisse, ut hęc demum turcarum uictoria nos excitaret, sed diu an-

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

tea prouidemus, ea quę nunc ante oculos habemus San-
ctissimę memoriæ p̃decessores. S. V. qui ætate nostra ui-
xerunt monuimus, rogauimus, per uiscera misericordiæ
dei obtestati sum⁹, ut christianæ reipu. consulerẽt, quorũ
aliqui nobiscũ cõsenserunt, sed tamẽ reperti sũt, qui tam
gloriosę, tam acceptę expeditioni inuiderẽt, & omni nisu
nobis aduersarent, qui si secum cogitassent, q̃ obrem sa-
cratissimi p̃decessores nostri, tantis diuitijs ecclesiã dei di
tarũt, fecissent, pfecto, quod nũc. S. V. optat, omisissentq̃
bella inter christianos, & nobiscũ una in thurcarum exiti
um cõsensissent, In eos enim usus sancti illi uiri ecclesiam
dei ditarũt, Et si fortuna utiq̃ cõtingeret q̃ christiani pri-
cipes suis rebus magis intenti uigerent, ad publicũ uero
reipu. christianę bonũ nõ cõuerterẽt, haberet ecclesia dei
qbus remis nauiculã Petri inter uastas undarũ procellas
fluctuantẽ, in portũ tutissime duceret, haberet quo posset
fractũ malũ restituere, & scissa ac lacerata uela resarcire
haberetq̃, quo illam expeditionẽ aduersus perfidos chri
stiani nominis hostes ipsa primo sumeret, Et alij pricipes
si non metu perculsi, aut fidei pietate, pudore saltem per-
citi sequerent. q̃ si hij ijdem. S. V. prędecessores uiuerẽt,
qui ętate nostra fuere, redderẽt ueritati testimoniũ, & no
biscum una reipu. tam lugubrem hostium victoriã inge-
miscerent, & sponte sua faterent, expeditionẽ istam non
hac tempestate magis q̃ semper necessariam fuisse. Verũ
deo optimo maximo gratias agimus, q̃ maiestas sua po-
tissimũ excitare uoluit. B. uestram eius uicem gerentem
& gregem ouiũ suarum egregie tutantẽ, quę si ceptum i-
ter pergeret duce uirtute, nullum discrimẽ, nulla calami-
tas christianę reipu. subeũda aut pertimescẽda est. Nosq̃
quoad uita supererit, nunq̃ deseremus tam gloriosã pro
uinciam, tam necessariam, tam ipsi deo acceptã, sed opes

uires, sanguinem nostrum, etiam ad certum exitium pro
christi fide conferemus. Non laboret itaq̃ in nobis. S. V.
qui a teneris annis, cum adhuc quid esset bella gerere per
ætatem nesciremus, cum tamen audiremus, esse thurcas
qui christianã religionem negligerent, odissent & perse-
querentur, eos potissimũ cum primũ licuisset radicitus e-
uertere optarem⁹. Nõ laboret in nobis q̃ ubi adoleuim⁹
& militarẽ artem didicimus, iam eã scire uolumus nõ ad
ciuitates christianorũ occupandas, sed poti⁹ ad eas eruen
das manibus tyrannorũ, non ad fines adimendas, sed tu-
endas, non ad eorũ dedec⁹, sed ad laudem, nõ perniciem
denicq̃ sed ad custodiã. Huius rei testes erunt cũcta bella
quę gessim⁹, semper inuiti, semp lacessiti, semp coacti, &
nũc cũ uideremus. S. V. tot persuasionibus, nos ad pacẽ
& concordiam cohortari, & ita uelle pro bono christiani
tatis flecti, nos permisimus, & conditiones quascunq̃ su
scepimus, ne mora ulla in nobis esset, ne p nos defuisse ui
derẽt, qui labãti fidei christianę opitularemur, ne ue unq̃
uox iusti coram deo super nos clamaret. Neq̃ uero nos
cohortetur. S. V. qui postq̃ imperij sceptrum suscepim⁹
ipsi nunq̃ destitimus cum quocunq̃ pontifice agere, q̃
sanctam hanc expeditionẽ susciperet. Scimus eam enim
& necessariam, & utilẽ & gloriosam fore. Excitet modo
S. V. & christi uexillũ erigat, & cum reuerendissimis illis
patrib⁹ iter fœlicissimũ aduersi⁹ hostes arripiat, nos comi-
tabimur eam, & opes & uires nostras omes cõferemus,
neq̃ ætas nostra quæ iam celeri gradu ad senectutẽ festi-
nat nos tantillum morabitur, quin si mors illa pro christi
noie optatissime obtingeret, reuiuiscere nos ad æternam
gloriam speramus. Sed quid de nobis dicimus, nemo tã
impudicus erit, aut tam christiano nomini inimic⁹, quin
si uiderit dei uicarium, cum Reuerẽdissimis Cardinalibus

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

bellum in turcas mouentẽ, ac ipsum met in expeditionẽ euntẽ, non omni renũtiata mora, etiam ad certam mortẽ conuolet, imbellis nimirum sexus, ac infirma ætas Sanctitatem uestram sequet. Quare nos itidem rogamus. S. uestram imploramus, obtestamur, ut prouideat, ne quid detrimenti christiana respu. capiat, confirmet opiniõem quam omnes de ea conceperũt, succurrat nutanti reipu. christianæ, liberet e faucibus sæuissimorũ oues sibi commissas, neq; expectet q̃ christiani principes congregent, quippe longũ illud esset, & fortasse periculosum, Sed sanctitas. V. gladio domini super femur potentissime cincta iter auspicatissimũ ingrediat, quæ quanto magis ab alijs principibus derelicta erit, tãto magis immensa christiano rum multitudo confluet, deo uictimas gratas offerri optantium, Nos uero haud. S. V. deseremus, qui ultro cupimus hanc fragilem & corruptibilem coronã (quam gerimus) cum illa pretiosissima & æterna martyrij corona cõmutare, neq; uero uereatur. S. V. turcarũ potentiam, nõ tot paratibus, nõ tanta bellorũ copia indigemus, Ipse nãq; deus est, pro quo certaturi sumus, ipse docebit manus nostras ad pręliũ, & ponet ut arcum æreũ brachia nostra Ipse dabit nobis protectionẽ salutis suæ, & dextera eius suscipiet nos, q̃ si hæc sancta deliberatio in auras euanescat, pro ut alij hactenus fecerunt, neq; aliqua expeditio fiet, quemadmodum sępius idem prędecessores. S. V. fecerunt, qui sumpto huius sanctissimæ expeditionis uelamento ingentem uim auri coegerunt, quam non ad communẽ (ut decebat) omniũ salutem, sed plurimorum perniciem uerterunt, & in explendis uoluptatibus, celebrandis suorum nepharijs nuptijs, & excitatis tyrannis occupati, sanctæ dei ecclesiæ patrimoniũ non minus impie q̃ scelerate, hũc usq; in diem profuderunt, Nunc summum illũ rerũ opificem obtestabimur, per nos nõ defuisse, qui uita & sanguine nostro christianæ reipu. consuleremus uidebũtq; gẽtes, & ipse (cui nihil ignotum est) deus, nos nulla alia pro re magis unq; elaborasse. Per quem uero deerit, is sciat se ratiõem ante tribunal dei redditurũ. Cętera intelliget. S. V. ab oratore nro, cui latius scribemus, Datũ in oppido nostro Mechling. ultima die Februarij.

Anno. 1 5 1 7

Maximilianus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper august⁹, Germanię, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archidux Austriæ, dux Burgundiæ, Comes Tyrolis Habspurg, Kyburg, Cilicię, Boriciæ, Histriæ, Flandriæ, Brabantiæ, Holandiæ Celandię, Lantgrauius Frisię, Elsacię dominus Artois & Picardię. &c.